

104
bellante et altero castellanis demegante
recessum et florentinorum quinque
partibus ignorantibus a superiori parte
sistentibus. Recesserunt itaque mar-
turienses non propter iustitiam mar-
tirizati luctum duplicem reportan-
tes de personis propriis et amico-
rum et fratrum quos de castello
trahere nequiverunt et etiam de
quodam nobili viro pisano milite
ipsorum tunc potestate quem mor-
tuum reduxerunt.

Anno primo imperii excellen-
tissimi Frederici secundi romanorum
imperatoris sive Millesimo
ducentesimo XX. pontificatus
sanctissimi pape Honorii anno.
dum idem rex existens induxisset
curiam et desuper altare principis
apostolorum sumpsisset imperiale
diadema. ex omni parte mundi ma-
gnatibus et nobilibus congregatis pisa-
norum etiam aderat honorabilis mul-
titudo cum quibusdam florentinis